



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

11. Personæ seculares, seu Regulares exercentes curam animarum personarum secularium imminentem in monasterijs virorum, seu mulierum, subiectæ sunt visitationi, & correctioni Episcoporum locorum, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

*Personæ seculares, seu Regulares exercentes curam animarum personarum secularium imminet in monasterijs virorum, seu mulierum, subiectæ sunt visitationi, & correctioni Episcoporum locorum, exceptis monasterijs, de quibus in text.*

## C A P V T XI.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Ecclesie Militium S. Ioannis Hierosol. quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario sunt subiectæ.
- 3 Rectores, seu Parochi in Ecclesijs S. Ioannis Hierosolymit. curam animarum secularium exercentes in omnibus visitationi, & correctioni Episcopi subsunt.
- 4 Ecclesie etiam Regulares, in quibus exercetur cura animarum secularium, in ijs, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinent, subsunt visitationi Episcopi.
- 5 Regulares exercentes curam animarum subsunt iurisdictioni, & visitationi Episcopi in ijs, quæ ad dictam curam pertinent.
- 6 Visitare non potest Episcopus ex hoc decreto tam Abbatiam, quam loca sibi subiecta, si Abbatia habet utramque iurisdictionem.
- 7 Regulares in emolumentis percipiendis ex cura animarum personarum secularium prohiberi possunt per Episcopum ne excedant taxam ab eo præscriptam.
- 8 Episcopi in Ecclesijs Regularium, quibus non imminet cura animarum, non habent facultatem visitandi sacra vasa, sacrificia, Altaria, &c.
- 9 Synodo Episcopi interesse non tenentur ratione parochialium exempti, qui actu exercent utramque iurisdictionem.
- 10 Vicarij in monasterijs, quibus cura animarum incumbit, à quibus ponendi.
- 11 Parochia Toletana in monasterium erecta, & vnita Iesuitarum Collegio à quibus gubernetur.
- 12 Congregationes casuum conscientie obeunda ab exercentibus curam animarum, etiam in parochialibus Religionis Hierosol.
- 13 Castra, in quibus Abbas iurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos, & Parochianos exercet, non subsunt visitationi Episcopi.
- 14 Episcopus potest procedere contra Regulares non exequentes decreta in visitatione facta circa curam animarum, &c.
- 15 Personæ etiam Regulares subsunt immediatè Episcopi in ijs, quæ ad curam animarum, vel in dependentibus ab illa pertinent.
- 16 Episcopi licet ostia frangere, vimque inferre si Regulares illis visitantibus in casibus sibi permissis ea claudant.
- 17 Episcopus potest excommunicare impediens visitationem etiam non adhibitis monitionibus in ipso actu manifestæ violentie.
- 18 Curam animarum exercentes, vel illi se ingerentes tam Regulares, quam seculares etiam quomodolibet exempti, visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi subijciuntur.
- 19 Regulares exempti, quibus cura animarum personarum secularium nõ incumbit, non subijciuntur.
- 20 Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit cura animarum personarum secularium, non licet Episcopis visitare.
- 21 Regularis delinquens extra Sacramentorum administrationem & curam animarum non ab Episcopo puniri potest.
- 22 Ecclesia Militum S. Ioannis Hierosol. quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario sunt subiectæ.
- 23 Episcopus quicumque etiam exemptos ad curam animarum exercendam constitutos examinare, & visitare potest.
- 24 Curam animarum exercentes Regulares poni debent ad arbitrium superiorum ipsorum Regularium.
- 25 Ordinarijs data facultas visitandi personas exercentes curam animarum in monasterijs, intelligitur data cumulatiuè, non priuatiuè.
- 26 Capellam existentem intra monasterium visitare non potest Ordinarius, sed bene potest visitare personas exercentes curam animarum in ea.
- 27 Non habet locum in monasterijs, in quibus Abbates utramque iurisdictionem in Parochos habent.
- 28 Prælati inferior habens iurisdictionem quasi Episcopalem habet iurisdictionem de qua in hoc decreto.
- 29 Curam animarum exercentes Regulares non deputantur nisi præuio examine per Episcopum, aut eius Vicarium faciendo.

**I**N monasterijs, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia, & personæ, tam Regulares, quam seculares, huiusmodi curam exercentes, & subsunt immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in cuius diocesi sunt sita. \* Nec ibi aliqui etiam ad nutum amonibiles deputentur, nisi de eiusdem consensu, ac præuio examine per eum, & aut eius Vicarium faciendo, exempto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam ijs monasterijs, seu locis in quibus Abbates, Generales, aut Capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque alijs monasterijs, seu domibus, in quibus Abbates aut alij regularium Superiores iurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos & parochianos exercent: saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel personas iurisdictionem exercent.

\* Cap. qui religionis. 18.

Vide

1. **V** Ide Fusc. de *Visit.* lib. 2. cap. 16. à princip. Frat. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 36. art. 4. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 46.* Franc. Leo. *in thesauro fori ecclesiast. part. 2. cap. 18. num. 105.* Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 736. & 608. in 1. edit. aliàs resolut. 513. & 532. in 2. edit. & in praxi aurea, resolut. 176.* Mari. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 17. num. 3.* Fr. Mich. Agia *de exhibendis auxil. fundam. 5. versic. Abbates pag. 23.* Mendez à Castro *in praxi Lust. p. 2. lib. 2. cap. 3. num. 21. versic. nec etiam. Campan. in diuers. iuris canon. rubric. 12. cap. 13. nu. 51. cum segg. & num. 115.* Hieron. Venero, y Leyua *in examine Episcop. lib. 6. cap. 11. ex num. 2.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. cap. 20. §. 4. & cap. 21. §. 5.* Modern. *de suppleat. ad sanctiss. p. 2. cap. 15. num. 27. cum segg.* Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 17. num. 51. cum segg. latè Fr. Steph. Daluin de potest. Episcop. Abat. &c. cap. 14. per tot. & cap. 21. in fine. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disp. 15. q. 11. numer. 45. cum segg. & num. 88. metipsum p. 3. alleg. 74. ex numer. 18.*
2. **a. Persona tam Regulares. ]** Parochiales vnitas monasterijs, quæ iurisdictionem habent, Ordinarij visitare possunt, personas tantum quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent. In ijs quoque Parochialibus possunt deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amouibiles, dummodo approbati sint ab Episcopis, prout decifum refert Fr. Stephan. Daluin *d. cap. 14. num. 1. vbi num. 2. quærit an per Capellanum à Monachis in huiusmodi Parochialibus assumendum, intelligendus sit Monachus, aut Regularis, an secularis tantum. Ecclesijs Militum sancti Ioannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinatio esse subiectas, & ab eodem visitari posse, ex rescripto Pij V. incip. Expofcit, sub dat. 22. Septembris 1571. tradunt Erasim. à Cochier de iurisdic. ordin. in exempt. part. 2. quæst. 45. num. 11. Piafec. in praxi Episcop. part. 2. c. 3. nu. 46. Vgolin. d. §. 4. num. 2. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 176. Ego ipse d. alleg. 74. num. 26.*
3. **Rectores, seu Parochi in Ecclesijs sancti Ioannis Hierosolymitani curam animarum secularium exercentes, subsunt in omnibus visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi in ijs, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem, qui potest ratione visitationis procuraciones exigere, nisi in contrarium adfit consuetudo, vt per Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 38. vbi dicit ita decifum in Augustana 26. Iunij 1627. me citato in hoc loco Mendez à Castro in praxi Lust. part. 2. lib. 2. cap. 3. num. 31. ante med. & Tamburin. d. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 49.**
4. **Ecclesijs, in quibus exercetur cura animarum secularium, quamuis Regulares, subsunt in ijs, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, vt per Sel. in selectis Canon. cap. 112. num. 8. vbi dicit ita decifum sub die 5. Iunij 1627.**
5. **Regulares exercentes curam animarum subsunt iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in ijs tamen, quæ ad dictam curam pertinent, non obstante Breui sanctæ memoriæ Pij V. sub dat. Rome 24. Martij 1567. Ita Aldan. d. tit. 8. num. 40. vbi dicit ita resolutum per factæ Congregat. Episcop. sub die 6. Februarij 1627.**
6. **Visitare non potest Episcopus ex hoc decreto tam Abbatiam, quam loca sibi subiecta, si Abbatia habet vtramque iurisdictionem, temporalem scilicet, & spiritualem, Aldan. d. tit. 8. num. 41. vbi refert sic fuisse decifum in Theatina 7. Nouembris 1620. & in alia sub die 17. Iunij 1617.**
7. **Regulares curam animarum secularium personarum exercentes, in emolumentis legitime percipiendis prohiberi possunt per Episcopum ne excedant taxam ab eo præscriptam, Sel. d. cap. 112. num. 11. vbi dicit resolutum in Liman. 18. Septembris 1625.**
8. **Episcopi, aut alij locorum Ordinarij vigore cuiusvis decreti Concilij Trident. nullam habent facultatem quous tempore in monasterijs, domibus, & Ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum secularium, visitandi sacristias, vasa sacra, altaria, & cetera huiusmodi, aut etiam tabernaculum, seu pyxidem, in qua sanctissimum Euchariæ Sacramentum asseruatur, vt refert decifum Sel. d. loco num. 13.**
9. **Synodo Episcopi interesse non tenentur ratione Parochialium Ecclesiarum exempti, qui actu exercent vtramque iurisdictionem, spirituaalem, & temporalem, in Parochos, & parochianos iuxta hoc decretum, vt per Sel. vbi supra num. 14.**
10. **Vicarij perpetui, & temporales non possunt ab Ordinario poni in monasterijs, quibus cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexionis, sed tantum à superioribus eorum, præiure tamen examine ipsius Ordinarij, iuxta præscriptum huius decreti, vt refert decifum Piafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 46.**
11. **Parochia Toletana in monasterium erecta, & vnita Iuesuitarum Collegio, gubernari potest à deputato ab ipsis, modo sit approbatus ab Ordinario, vt testatur resolutum Piafec. d. num. 46.**
12. **Congregationes, quæ iussu Episcopi ad casus conscientie differendos habentur, obeundæ sunt ab exercentibus curam animarum, etiam in Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis, ex Sel. d. loco num. 20. vbi dicit resolutum sub die 3. Martij 1598.**
13. **Visitationi, iurisdictioni, ac correctioni Episcopi non subsunt castra, in quibus Abbas iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercet, Sel. d. loco num. 25. vbi refert decifum in Theatina 11. Septembris 1621.**
14. **Episcopus potest Regulares in ijs, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem concernunt, visitare, & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in visitatione facta procedere, eosque cogere ad exequendum, Sel. d. loco num. 28. vbi attestatur resolutum in Camerimen. 20. Martij 1621.**
15. **Subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, &c. ]** Vel in dependentibus ab illa, intelligunt Mari. Antonin. d. lib. 1. resolut. 112. casu 50. prope finem. Marc. Antonin. de Amatis decis. 89. num. 5. Campan. d. cap. 13. num. 51. Ego ipse d. alleg. 74. num. 20. Tamburin. de iure Abbatissarum disp. 17. q. 3. nu. 3. in fine. Ioan. de Solorzano de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 17. nu. 51. cum seg. Vcluti si inquiratur quomodo conferretur sanctissimum Sacramentum, & ecclesiastica ornamenta. Seraphin. decis. 1067. & vt Calices, & decentia paramenta ad decorem administrationis Sacramentorum prouideantur, vt refertur decifum Franc. Leo d. part. 2. cap. 31. num. 3. Campan. d. cap. 13. num. 49. Ego ipse d. alleg. 74. nu. 18. in med. & in terminis Regularium doctrinas Indorum habentium, vide Fr. Emman. g. Regular. tom. 1. q. 36. art. 3. & 4. & tom. 2. q. 64. art. 1. Miranda in manu. Pralat. tom. 1. q. 42. art. 1. cum segg. D. Felician. à Vega Archiep. Mexican. ad cap. cæterum. 5. de iudic. num. 36.
16. **Licet Episcopi si dum ipsi ingredi volunt monasteria Regularium exempta ob causam prædictæ visitationis, renuant Regulares illos intrmittere ostia claudendo, illa frangere, vimque inferre, docent Innocent. in cap. 1. versicem alia ratione, vbi Abb. num. 5. versic. ad secundum vero, de immunit. eccles. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 16. post num. 1. Campan. d. cap. 13. num. 52. Tamburin. de iure Abbatissarum disp. 17. q. 3. num. 4. in princ. Ego ipse d. allegat. 74. num. 22.**
17. **Posteque Episcopum impediens visitationem excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus in ipso actu manifestæ violentiæ sibi illata, pro defensione suorum iurium, resoluunt Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. cap. 18. Campan. d. cap. 13. num. 53. Ciardin. controu. forens. lib. 1. cap. 65. num. 11. & 12. Tamburin. d. q. 3. num. 4.**
18. **Nouissimè Gregorius X V. felicitis recordationis in sua constit. de exemptorum priuilegijs, incip. Insuperabili, sub dat. Nonis Februarij 1622. circa iurisdictionem, & correctionem Episcopi in Regulares curam animarum habentes sic statuit. Hac generali, ac perpetua vultura constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps tam Regulares, quam seculares quomodolibet exempti, siue animarum curam**

curam personarum secularium monasterijs, seu domibus Regularibus, aut quibusvis alijs Ecclesijs, vel beneficijs, suo Regularibus, siue secularibus incumbentem exercere, siue alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrare preterea Episcopi licentia, & approbatione, siue quoquo modo in dicta cura exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant, in his, qua eiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnino de iurisdictioni, visitationi, & correctioni diocesani Episcopi tanquam Sedis Apostolicae delegati plene in omnibus subiciantur. Hæc enus dicta constitutio.

Super qua sacra Cardinalium Concilij Trident. interpretum Congregatio inter aliquas declarationes S. D. N. Urbani VIII. approbante, quas originales, & authenticas, & deinde in Typographia R. Camerae Apostolicae impressas vidi de anno 1623. censuit.

19. Eam nequaquam subicere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit. Episcoporum iurisdictioni in his, que Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis secularibus administrandis, idem Regulares delinquant.

20. Episcopis non licere in vim eiusdem constitutionis visitare Altitaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium nec loca, ubi in eisdem Ecclesijs aservatur sanctissimum Euch. arista Sacramentum, vel ubi confessiones personarum secularium audiuntur.

In vim illius constitutionis non posse Episcopos Regularibus prescribere, ut certis tantum in locis, aut temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum privilegia in Sacramentis ad ministrandis restringere, aut moderari, quod si aliunde Episcopis huiusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem constitutione sublata. post primam huius operis impressionem refert Tamburini. d. tom. 3. dist. 5. quest. 11. num. 46.

21. Et correctioni Episcopi. Regularem tamen delinquentem extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed a suis superioribus puniri, refertur decretum Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Parochus 3. Aloy. Ricc. d. resolut. 513. num. 2. & resolut. 522.

22. Nec ibi aliqui etiam ad nutum, &c. Quod ita ad Episcopum pertinet hæc potestas visitandi monasteria tam Regularia, quam secularia circa ipsorum curam, & Sacramentorum administrationem, ut nulli, etiam ad nutum amovibiles, possint deputari nisi de Episcoporum ordinariorum consensu, & prævio per eum, & eius Vicarium, & examinatos synodales, examine, refert Franc. Leo in thesuro fori Eccles. part. 1. capitulo 8. numero 20. ubi subdit, quod Clemens VIII. mandavit ita servari hoc decretum, excipiendo aliqua monasteria, & capita Ordinum, non obstantem constitutione Pij V. qua voluit, ut in omnibus Ecclesijs Parochialibus, in quibus cura animarum, etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarii facultatem eius Ecclesias, & personas visitandi, ac corrigendi.

Episcopum quoscunque Canonicos, & Dignitates, ac alios clericos exemptos, & non exemptos ad curam animarum exercendam constitutos quoad inhabilitatem, non obstante quocunque privilegio, aut consuetudine in contrarium, examinare, & visitare posse, consulit Nauarr. consil. 2. de tempor. ordin. in antiq. lib. consil. 8. de privileg. in nouis. Sayr in floribus deciss. sub illo tit. de tempor. Ordin. deciss. 5. Ego ipse d. alleg. 74. num. 19.

24. Curam animarum exercentes, siue seculares, siue Regulares sine, poni debent ad arbitrium superiorum ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcoporum, nisi quod examinari, & approbari prius ab eo debent, antequam ponantur, decretum asserunt Piasec. dicto part. 2. cap. 3. num. 46. pag. 182. Gonzal. ad reg. 8. Canceles. gloss. 5. 3. num. 34.

25. Facultas ex hoc decreto data Ordinarijs visitandi personas exercentes curam animarum in monasterijs virorum, aut mulierum, intelligitur data cumulatim, non autem priuatiue ad eam, que competit Abbati, & alijs Superioribus Regularibus. Ita Rota in Pificien. iurisdictionis 15. Iunij 1590. coram Plato, & in eadem 20. Octobris 1593. coram Penia.

26. Si capella, in qua exercetur cura animarum, existat intra monasterium, tunc in visitandi datam Ordinario in hoc cap. intelligitur solum respectu personarum exercentium curam animarum in capella, non autem, quod possit visitare ipsam capellam, Rota in d. Pificien. coram Plato, & in Ciuiraten. visitationis 1. Februarij 1594. coram Cardin. Seraph.

27. Hoc decretum non habet locum in monasterijs, in quibus Abbates habent vtramque iurisdictionem, Episcopalem, & temporalem in Parochos, Rot. in Marsicana iurisdictionis 27. Iunij 1587. coram Robusterio, & in eadem 23. Octobris 1589. coram Comitulo, & in Legionen. sancti Facundi 19. Martij 1590. coram Cardin. Pampalio seniore, & in nullius 11. Februarij 1594. coram eodem.

28. Iurisdictione, de qua in hoc decreto, in personas exercentes curam animarum, & administrationem Sacramentorum, competit etiam Ordinatio inferiori habenti iurisdictionem quasi Episcopalem, Rot. in Pificien. iurisdictionis 16. Octobris 1580. & 5. Maj 1589. coram Gispio, & in eadem 20. Octobris 1593. coram Penia, & 15. Iunij 1590. coram Plato.

29. Aut eius Vicarium faciendo. Vide Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quest. 111. num. 9. & 10. Refert Stephan. Daluin. d. c. 14. num. 2. sacra Congregat. censuisse quod nominatio, seu electio Vicarij spectat ad Abbatem siue Rectorem, vti que primatum, approbatio ad Episcopum, de cuius consensu Vicarius amouibilis est deputandus ad nutum; potest amoueri ab Abbatibus & Rectoribus, non autem ab Episcopo, nisi ex causa legitima atque approbata, preterquam, etiam si perpetuus esset, priuari posset.

In quibus Abbates, &c. Vide Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarre lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 91. quem refero Ego ipse d. allegat. 74. num. 12. in fine.

Regulares in suis Ecclesijs publicent, & seruent censuras & interdicta emanata nedum à Sede Apostolica, sed promulgata etiam mandante Episcopo. Dies festi præcepti ab Episcopo per Regulares etiam seruentur.

C A P V T X I I.

- 1 Doctores de materia prima partis huius cap. agētes.
- 2 Privilegia iure communis concessa Regularibus celebrandi tempore interdicti an sint reuocata per hoc decretum.
- 3 Festos dies, quos in sua diocesi Episcopus seruandos præcepit, Regulares quoque seruare tenentur.
- 4 Regularium ritus festis diebus semper permanere

- debet quoad Missas celebrandas.
- 5 Regulares non prohibentur dies festos & ieiunia in suis Ecclesijs annunciare.
- 6 Episcopus non potest compellere Regulares exercentes curam animarum in eorum monasterijs ad interessendum diuinis in diebus sanctorum Protectorum.